

Hermannschronik

DXV. Hoc tempore Vitalianus quidam servus, dignitatibus elatus, Anastasio imperatori rebellat, et Scithis adiunctus, crebris preliis milites eius victos fugans, magno rei publice dedecori et detrimento fuit. (86.10f.)

DLXXVIII. Rome Benedictus papa LXIII^{us} sedit annis IIII mensibus II. A quo beatus Gregorius de monasterio ablatus et diaconus ordinatus, Constantinopolimque apocrisarius missus, Euthicium eiusdem urbis episcopum in fide resurrectionis errasse, Tiberio augusto presente, convicit. Ubi etiam egregium opus moralia in Iob, venientibus ad eum monachis suis, scribere compulsus est... (89.47–50)

DCLXVIII. Saraceni, qui iam multis depopulatis provinciis Aegyptum tenebant, Siciliam hoc tempore invadentes, magnas hominum strages faciunt et, depredata insula, hisque quæ Constans imperator ibi collegerat ablatis, Alexandriam redeunt. (95.40f.)

DCXCIII. His diebus duo Angli presbyteri, niger et albus Hewald, studio divini verbi accensi, dum Saxonibus predicarent, a quibusdam rusticis martyrio coronati et divinis miraculis declarati, a Pipino Colonie tumulati sunt. (96.53f.)

Kaiserchronik

Vitalianus cum Scythis adversus Anastasium servus rebellat.

(Göttweig, fol. 68^r; Sichard, S. 188^v)

Hoc tempore Gregorius tunc apocrisarius moralia Iob scripsit et Eutychum Constantinopolitanum episcopum Tiberio presente in fide resurrectionis errasse convicit.

(Göttweig, fol. 69^r; Sichard, S. 189^v)

Hoc tempore Sarraceni Siciliam depredantes cum magna præda Alexandriam redeunt.

(Göttweig, fol. 70^v; Sichard, S. 191^v)

Hoc tempore duo Angli presbyteri niger et albus Hevaldus Saxonibus predicantes martyrio coronantur, et a Pippino Colonie sepeliuntur.

(Göttweig, fol. 71^r; Sichard, S. 192^v)